

esse erediderim: quia non satis esse duxit ad ostendam in venetum nomen observantiam suam atque reverentiam ariminenses legatos hue venisse, nisi et nos ad clarissimam Senatus vestri amplitudinem hue transmisisset, qui immortales vobis gratias ageremus quia nos qui tranquillissimo Divi Marci sinu favoremur atque amplexaremur dignos esse judeastis, et publicum exponeremus gaudium quo affecti sunt omnes, quum se sub divinum aristocratiae vestrae imperium receptos esse cognoverunt.

Patria nobis est, serenissime princeps et patres amplissimi, Saluditium oppidum, et loci opportunitate, et hominum industria atque ingenio nequaquam contempnendum, nam et plures illie, qui sese bona-

328 rum artium disciplinis dederunt, excolendos invenies quam in quacumque alia finitima civitate et majori et nobiliori, adeoque in omni disciplinarum genere profecerint, ut necubi loeorum in ultimis habendi videantur: nam, et qui divina poeticae studia sequantur; et qui rethorum campos amplexantur; et qui dyalecticorum spineta adiscant; et qui sese asperioribus illis legum musis dedant, nostro illo in oppido multi inveniuntur. Et quo meliori nati sunt ingenio, eo majori affecti sunt laetitia. Vident enim luce clarius et cognoscunt, quam moderato, quam justo, quam sapienti regantur imperio qui in vestram cessere ditionem; quam pacate, quam tranquille illis fluant omnia sintque ab omni bellorum injuria remotissima. Vidimus nos, vidimus hac tempestate pulcherrimas atque amplissimas Italiae civitates, imo Italianam fere totam crudelissimo bellorum incendio conflagrasse, praeter regiones illas quae veneto reguntur regimine.

Nullas haec hostium excursiones sensere; non liberos in conspectu suo crudeliter ab hoste trueidari; non uxores et filias in captivitatem faidissime abduci; non multa alia quae, morti ipsa duriora putanda sunt, conspexere. Quum igitur oppidanis nostris fama increbuisse fore ut sub tam felicis Senatus imperium veniremus, tanta repente exorta est omnibus laetitia, quod alii alio laetabundi discurrere; obvios amplexari; jam se felices, jam se fortunatos, jam se beatos dicere; jam laborum omnium finem adventasse praedicare; jam se non tot rapinarum, non tot incomodorum quae tot annos jugiter passi erant, redire.

Certatim omnes tollebant ad sidera Marcum,
Et fora, templa, domus resonabant omnia Marco.
Et nos Marcus habet: respexit denique Marcus
Nos quoque; feliices erimus sub nomine Marci.

Sed qui se sub hujus amplissimi Senatus imperium recipi non incredibili quadam exultentur laetitia, quia omnia ab hoc sapientissime, justissime, sapientissime gubernentur atque administrentur? Nam si quis summam querat religionem, eumulatissimam in Senatu veneto invenerit. Si pietatem, si fidem, si charitatem, si humanitatem: has per vestras virtutes omnibus absolutissimas atque perfectissimas in uno quoque vestrum, licet plane contueri: quo fit ut vos totidem, quot estis, fulgentissima quædam quasi Italiae sidera ab omnibus esse judicemini.

Vos decus Italiae veneti, tutela labantis

Vos fidei. Christi vos soevis hostibus olim

Viribus obstatis: quotiens irrumperi tentant

In Latium; accessissent dudum; vestra retrudit

Sed virtus rabiem. Christi defenditis urbes

Vos veneti patres, venetos defendet et Ille.

Dabit nam populo suo felicitatem, aeternitatem et eam imperii magnitudinem quam sapientia vestra atque justitia merentur: et quam tam amplissimi atque excellentissimi Senatus majestati condignam vindetur. Sed quis non totius terrarum orbis imperio dignissimam judicaret? Quum hic ego, quo cumque me verto, ante oculos habere Catones videor, multos Fabios, multos Curios, qui me in tantam sui rapient admirationem, ut vix mihi constem, planeque dici posse judicem, illustrissimum atque nobilissimum Senatum vestrum totidem clarissimorum regum quodam quasi concilium esse. Quod igitur in tam religiosi, imo divini Senatus gremium devenimus: — cuius tu es dux atque princeps, augustissime ac serenissime Leonarde Laurelane omni virtutum genere ornatisse: — ut tranquillam posthac vitam et ab omni bellorum turbine tutissam acturi simus, immortales Deo Optimo Maximo gratias agimus: vobis deinceps, serenissime princeps et patres amplissimi, justitiae, probitatis, religionis, ceterarumque omnium viventes quædam quasi imagines spirantiaque simulacula, quibus persuasum esse oramus, oppidum nostrum quantulumcunque est, officio, observantia, fide, nulli totius imperii vestri civitati, tanquam si maximæ, unquam cessurum.

328

329

A di 10 zener. In Colegio. Vene sier Gasparo Malipiero, è ai 3 savj, con sier Piero da cha' da Pexaro qu. sier Nicolò e sier Francesco qu. sier Marco, zercha li conti dil zeneral, et hinc inde dictis, fo dato per la Signoria 4 mexi di termipe a li prefati Pexari a dar li so' conti.

Vene l'orator di Franzia per una lettera abuta,